EPITOME

Cauſarum, originis, mutationum & interituum Imperiorum & rerumpublicarum.

ITEM:

DE MONARCHIA ET MODIS legitimis capiendi principatum.

Omninò ex

Optimis Hiſtoricorum, Oratorum, Politicorum verbis, dictis atq; ſententijs ſelectiſſimis, in unum congeſta,

Per

ADAMVM VVITTICHIVM
VratisL: Iur. & Hiſt. ſtud.

WRATISLAVIÆ,
Typis Georgij Bawmann.
M. D. XCIX.

MAGNIFICO NOBILISSIMO ATQVE AMPLISSIMO VIRO, Dn. ERASMO MILLERO,

à MALCKOVVITZ, Dño in LISSA, WEIGVVITZ, CROLCKOVVITZ & Kreicka, Repub. Vratislavienſis Senatori Primario, Domino ſuo colendo & compatri honorando;

nec non

NOBILI ET CELEBRI VIRO, Dn. CASPARO SCHOLTZ, INCLYTÆ

Reipub: Vienenſis Senatori, Affini ſuo obſervantiſsimo.

S. P. D.

NON TEMERE FACIVNT, qui juventuti informandæ compendiariam viam ad eruditionem ſolidam comparandā proponunt: ut primo cujuſcunq; artis ſeminaria à primis annis, & veluti cum ipſo lacte imbibant, ſuccinctam ſingulorum rationem & utilitatem perveſtigent, quò tandem ad optatam metam perveniant; & magnâ cum laude, quod cupiunt, adipiſcantur, votiq; compotes fiant. Hoc conſilium cuncti, & præcipuè optimus juventutis

 forman-

formandæ artifex Quintilianus comprobat. In politicis Xenophontem hæc præclarè in ſua Cyripædia obſervaſſe legimus: Iſocratem graviſsimum Philoſophum & Oratorem, qui principem quidem philoſophari, ſed paucis, ſatis intellexerit, quando de regni adminiſtratione id eſt περὶ βασιλείας tractat ad Nicoclē, breves & ſapientiæ plenas ſententias conſcripſiſſe videmus. Hunc imitatus, brevitate ſimul & ſimplicitate ſententias, dicta & verba, de origine, & cauſis mutationum & interituum Imperiorū, in certa capita congeſsi, & quarum rerum ad conſervandam Rempub. præcipuum uſum putavi, adjeci: Verùm non eo tendo, ut hæc, quæ è veterum ſcriptis excerpta atq; in Epitomen contracta ſunt, pari dignitate cum Iſocratis vel aliorum politicorum ſcriptis exiſtimanda ſint: Exigua ſunt hæc, non depicta, non orationis copia ac ſplendore illuſtrata: Hoc enim munus vix à primo limine ſalutavi. Illud fateor, quod & Cicero 4. ad Attic. 16. qui inquit: Diſputare de Repub. eſſe tractare rem magnam & gravem, & plurimi otij.

Nec eſt, quod quidam mihi crimen arrogantiæ inurant, non enim ſpontè, ſed amicorum precibus fatigatus (dum hæc multis, prodeſſe poſsint,) ut typis committerem & excutienda curarem. Hoc igitur quic-

quicquid eſt muneris ſuſcepi, viriumq́; mearum periculum feci, primum quidem reluctabar, cum animadverterem, immenſi laboris eſſe, meq́; nihil niſi Zoilorum ſibila lucrifacturum, maluiq́; doctiorem & magis exercitatiorem ad hoc munus ſubeundum invitatum iri. Illi nihilominus ad hunc laborem capeſſendum incitarunt, ſiquidem illorum ſtimulis victus, voluntati ipſorum morem gerere potius, quam refragari, par eſſe ducens: Volui itaque qualicunq; hac mea opera diſcentibus prodeſſe, calcar addere, gratificari, præſertim Iuris & Polit. ſtudioſos hortari, ut repudiatis curioſis & perplexis diſputationibus, antiquiſsimos, probatiſsimos & ad LL. & Rempub. utiliſsimos autores, nocturnâ diurnâq́; manu verſent, & illis, qui ſolidiſsimis rationibus innituntur, nullas errorum tenebras offundunt, ac orbi obtrudunt, qui non vacillant, ſed conſtant in optimis atq; probatis ſententijs, aures ſuas accommodent.

Cum verò illorum ingentia volumina, non poſſint toties perlegi, ac quoties opus eſt, retractari, humanaq́; memoria fragilis ſit, tum multi multa fuſius tractando, illos facile, qui bono Zelo commoti, ipſam æquitatem & veritatem & ipſius Reipub. utilitatem

 indagare

indagare ſitiunt, prima fronte abſterreant: ſufficit pauca ſummam rei complectentia ad manum habere,& ſecum in ſinu deferre. Non igitur inutilem me navaturum operam ſperavi, ſi paucis multa comprehenderem, quò diſcentes facilius σκόπον, quem petant, pertingerent, & tandem conſilijs prudentibus, uſu, exercitio, ac rerum experientia edocti,cauſas forenſes tractare, æquitatem nullo precio corrupti ſuſtentare, & deniq; Rempub: feliciter adminiſtrare poſſent.

Verùm hac noſtra tempeſtate quoſdam videmus talibus ingenijs præditos, ut ubi lucrum apparuerit, ſplendor auri, doloſusq́; nummus refulſerit, ubi ſapor vini narium fores pulſarit, non ſolum codices & chartas, ſed os, linguam, manus & pedes, totamq́; corporis ſubſtantiã promittant, cœlum terræ miſceant: Illorum avaritia tenaxq́; cupido efficit, ut non virtutem, non æquitatem, non juſtitiam,ſed ſuas nequitias ac ſobricas aſtutias largo ſinu diſpenſent,abuſioneſq́; judiciorum, vaniſſimos ritus ac obſervationes juris ridiculas ſubdolè ſequantur: Quidam craſſa fatuitate oppreſsi: quidam perverſis moribus imbuti, ritibusque ineptiſſimis freti, contra Politicorum præcepta,contra ll. contra interpræetes & principum

con-

conſtitutiones minanter loquuntur, ſacrarum legum majeſtatem, floccipendunt, naturalem æquitatem parvi faciunt, ſua inſcitia ac ſupina ignorantia ſibi inſolentiſsimè placent, aures nugis calefaciunt, falſa impudenter ingerunt, vera invertunt, & parati ſunt cum quovis, quavis de re dimicare, horrendis opinionibus tumeſcentes, ſtupiditatem pervicatia quadam defendunt. Multi cum vident, ſe planè in rebus magnis, arduiſq; conſultationibus indoctos (inſita ruſticitate) turpiter potius errare malunt, quam doctiores & prudentiores viros conſulere, aut alibi ſalubrem informationem nanſciſci. Hinc ſæpius multarum urbium, nationum clades maxima, imo peſtis, ut ait Lipſius lib. 2. c. 11. exoritur & contingit.

Admonendi igitur ſunt bonarum artium ſtudioſi, ne horum veſtigijs inſiſtant, ſed id, quod juſticia effinxit, æquitas ſanxit, & prudentia politica eſt commenta, amplexentur, ac omnem operam ad communem utilitatem, ad Reipub. incrementum, ad errorum multiplicium proſcriptionem, & ad civilitatis normam impendant.

Cogitanti verò mihi, cui hoſce meos concinnatos ex alijs autoribus, labores dicarem, Vir Magnifice & Ampliſs. compater honorande, inprimis occurriſti,

riſti, cui hoc quicquid eſt opuſculi, pro magnis M. T. cum in Eccleſiam DEI & Rempub. officijs, tum in omnes doctos, præſertim in me collatis beneficijs quamplurimis; Tibi verò Sultete, amoris, honoris, & obſervantiæ ergò, nominatim nuncupo. Promeruerat M. & A. V. magnificentius quiddam magis elaboratum opus, ſed parvi, parva damus, malui enim hæc tenuja, quam nulla dare, in ſpem veniens, quod M. & A. V. hæc mediocria ac tenuitatis noſtræ donariolum, non alio quam æquo animo ſit latura.

Magn: & Ampl: Veſtræ
Addictiſsimus

Adamus VVittichius.

CAPUT PRIMUM.

De Imperijs univerſaliter dicitur ipſorum in civili ſocietate origo & neceſſitas oſtenditur.

QUANDOQUIDEM SINE Imperio, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus potuerit.

Neceſſitas Imperiorum.

Cic. l. 3. de LL.

Ideò DEUS Imperium prima ab origine mundi, invexit duplici temperatum fine:

Rom 13. cap. v. 1. Nov. 7. de In-ſtr. fide & caut.

Imperiũ Deus duplici fine inſtituit.

IUSTITIA, ut hominis lapſi ſuperbiam argueret, qui quod volens defecit ab Imperio divino, hodiè vel nolens humano ſubijcitur:

Geneſ. cap. 3.

IUSTITIA.

MISERICORDIA, dum voluit introductum Imperium conſpirare in humani generis ſalutem, quæ in eo eſt, ut tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis nocendi facultas refrænetur.

MISERICORDIA.

-dorus 3. lib. de ...n: bon: c. 45.

Hujus adumbratam effigiem refert Imperium domeſticum, quod marito in uxorem conventio, patri in filium naturâ, domino in ſervum conſervationis dedit officium. Id uſq; huc viguit (jure civili licet diſsimiliter ſit temperatum) inconcuſſum.

Imperium domeſticum.

... c. 3. v. 16. ...n. lib. 1. c. 3. ...otel. 3. pol. ...p.

Cum autem ratio divinitus inprimis inſita feciſſet, nobis, hominem hominum appetentem, cumq; his ſermone & uſu congruentem, eadem fecit, ut profectus à charitate domeſti-

Ex quo orta eſt civilis ſocietas.

eorum ac ſuorum curreret longius, & propagatione familiarùm gauderet, familiæ verò à primâ ſui origine ſenſim diſcederent, civili ſocietate naturalem placuit imitari. *Bodin. lib. 5. c. 7. n. 328.*

Inde extitit alterum Imperium, quod libertatem familiæ ſubjectam vi extorſit, imperiumq; domeſtico illuſtrius peperit.

Imperia ut ſunt inprimis occupata.

Illud autem à Tyrannide initium habuiſſe, & primum vi occupatum eſſe, pleni libri, plena antiquitatis memoria teſtantur. *Oſor. lib. 5. de regum inſtit. Gen. c. 6. & 10.*

Veteres ergò, quò imperia eſſent juſta, legibus in poſterum ſtatuerunt. *Bodin. l. 5. n. 37. lib. 2. n. 189.*

Leges verò juſta Imperia non faciunt, ſed juſtitia ipſa, id eſt, præmiorum ac poenarum juſta diſtributio. *Cic. l. 3. de LL. Solon. Beroald. de princ. offic.*

Sine lege Imperiũ nullum.

Nam omnia Imperia, non modo lege, æquitate, legis actione contineri: Verùm etiam his duobus fundamentis, præmio, inquam, ac poenâ ſtare, ac omninò niti videntur. *Bodin. l. 3. c. 5. lib. 2. cap. 6. lib. 5. n. 542.*

Definitio Imperij.

Hinc definitur Imperium, quod ſit poteſtas homini data, quâ ſuperior inferiorem regit, ſecum rectam rationem, quâ idem ſubdit præmia poenaſq; decernit. *Idem lib. 5. c. 4*

Superiorem dico regere: Nam ſi omnes æquales pro libitu & arbitrio velint regere, regimen eſſet nullum aut incertum: *Thucid. lib. 6. in Orat. Herm.*

AEqualitas in Imp. dãnoſa.

Et ſequetur, ut ipſa æqualitas ſumma eſſet inæqualitas. *Plato in 6. de LL.*

Leges vincula Imperij.

Propterea neceſsitas cauſa fuit Politiæ conſtituendæ & legum componendarum, quæ eſſent tanquam vincula, quibus potentiorum intemperies ſtringeretur & cohiberetur, tenuiores

res

Plin. Pan. 2. ad Traian. res abjectioreſq; certo quodam majoris autoritatis præſidio pacatè & tutò quieſcerent.

CAPUT II.

Imperiorum Initia eſſe exigua, quomodo creſcunt, quando nimis creſcunt, quid faciendum.

Initia Imperiorum exigua.

Livius lib. 1. decad. 1.

SED nunc de Imperiorum initijs, quæ quanquam fuerint exigua, atq; hominum judicio ex ſeſe contemptibilia: ſemper tamen aliquam peculiarem DEI de genere humano curam & providentiam oſtendunt.

A Deo generantur & excitantur ex corruptione aliorum.

Herod. l. 1. hiſt.

Fundatores etiam illorum ac incunabula ex parvis & quidem pudendis initijs, ſed miraculoſis modis DEUS produxit ac conſervavit:

Livius lib. 1. decad. 1.

Ut florentium Imperiorum minis uteretur ad alia, præſertim magna in orbe excitanda, ac proinde hæc ferè non exoriuntur, quin illa priora ruant & evertantur.

Quomodo Imp. creſcũt.

Quæ ſi excitantur, armis potius & bellis, quàm pacis artibus & concordiâ cum vicinis firma & immota creſcunt.

Idem lib. 7.

Itaque ſolent maximè rei militari ſe ſuoſq; cives addicere.

Societatẽ alterius palam induunt.

Tacit. 12. Ann. Et facilè in ſocietatẽ populos afflictos admittere.

Quando creſcunt occurrendum maturè.

Polyb. lib. 5. in orat. Agelai in Concil. Græc.

Quæ, quandò creſcunt, omnibus populis ſunt metuenda, etiam remotis, non enim facilè conquieſcunt anteà, quam omnia domuerint.

In auxilium non vocanda.

Idem lib. 1. & d. loco.

Itaq; de eorum curſu impediendo, maturè conſilia ſunt capienda, nec ullo prætextu in auxilium vocanda.

Simultates verò licet & rixas, inimicitias populi inter ſe habeant, ad ea Imperia non derivent, ut ſe quidem ulciſcantur in ſpeciem conantes, re tamen ipſa eadem imperia ſuis diſſenſionibus amplificant. *Idem d loco.*

Sic res olim Græcorum ad Romanos, noſtris temporibus ad Turcas delata. *Zonaras.*

Sic quidam Hiſpanus legiones Arabum & Mahumetanorum, ab oris Africæ, in Hiſpaniam accerſuit, ut contumeliam ſibi illatam à Roderico Rege Hiſpaniæ, qui uxori ſuæ ſtuprum intulerat, vindicaret, ex quo Arabes imperio Hiſpan: 700. annos potiti ſunt. *Bod.l.4. n.376.*

Cōcordia firmat Imperiū. Ex aliorum itaq; caſu, cautelam aſſumant poſteri. Omne quod eſt, tam diu permanere ac perſiſtere, quamdiu eſt unum, & interire a c diſſolvi pariter, quando unum eſſe deſinit. *Bôetius lib. 4. in Philoſ. Conſol.*
Cur vos fallam? veritatis ipſum fontem audite:

Omne regnum inter ſe diviſum deſolabitur. *Luce 11. cap.*

CAPVT III.

Quibus medijs Imperia ſerventur & augeantur, & violenta non eſſe diuturna.

Quib. ſervetur Imperiū. CUM autem duo potiſsimum (plura enim eſſe haud negamus) ſint, quibus omnis Reſpub. vel Imperium ſervetur, in hoſtes FORTITUDO, & domi CONCORDIA.

Duo quæ firment. Milites & pecunia. *Polyb. lib. 6.*

Non affirmandum eſt, Imperia quiête & ignaviâ *Dio. lib. 42.*

ignaviâ contineri; ſed virorum armorumq́; adverſus hoſtes laceſſentes certamine

Tacit. l. 15. Ann.

Ad tuendum Imp. armis opus eſt.

Livius lib. 22.

Agendo enim audendoq́; res Romana crevit:

Fortitudo prudentiáque militarem requirit.

Idem lib. 2 decad. 1.

Tùm certè ducum, tum militum ipſorum celeritas & ſtrenuus ardenſq́; in Rempub. animus requiritur.

Polyb. lib 1.

Ubiq; verò præmijs & laudibus propoſitis præſtitiſq́; ſunt excitandi.

Etiam plures exercitus eſſe oportet, ut qui in diverſis regni finibus bellum gerant, vel qui ad gerendum, ſi ſuboriatur, ſint parati.

Livius lib. 1. decad. 8.

Nunquam enim deſunt, vel deerunt alienæ libertatis lupi.

Vell. paterc. l. 2.

Cum & DEUS cuiq; regno, vel aliud regnum vel vicinum & æmulum oppoſuerit, tanquam contrarium & frænum.

Commin. cap: 107. in fine.

Deinde cuſtoditur etiam Imperium non ſolum armis: verum etiam beneficijs.

Beneficijs tuetur Imp.

Seneca de brevit. vitæ.

Ad quod utrumq; maximis ſumptibus & impenſis opus eſt.

Xenophon lib. 8.

Ex quibus apparet, Atlantis onere graviores humeris gubernantium labores impoſitos eſſe.

Imp. laborioſa ſervitus.

Unde non immeritò rex ille,

Regno præeſſe in nobili ſervitute eſſe, dixit.

Antigonus apud Æmil. lib 2. de variet. hiſt. c 20

Propterea etiam imperandi prudentia, non niſi paucisſimis DEI munere & conceſſu eſt tributa.

Bod. l. 6. n. 702.

Cupientibus autem Imperium, nihil medium inter ſumma & præcipitia.

Tacit. l. 2. hiſt. dictum Veſpaſ.

Et affectantibus expedit, non vi occupandum, ni perire volunt, etiam vi retinendū: quoniam in occupādo multos offendunt & in ſe provocant.

Affectantibus Imp. quid vitandum.

Thucid. lib. 2.

Loco oraculi iſti habeant: *Violenta Imperia nemo continuit diu.* Senec. in Troiad.

Eſt quidem aliquid ad ſtabiliendum Imperium etiam injuſtè & vi occupatum, quod poſſit plurimum, afferatq; magnum momentum eorum, qui prætextu religionis populo commendantur, favor, & pro illius jure & defenſione, eorundem reſponſum ac pronunciatio. De Pythia confirmante regnum Gygi. *Herod. l. 1. hiſt.*

Religio favorem cōciliat.

Tamen illud verius:

Regna ſcelere parta non diuturna Liv. l. 1. dec. 1.
Et iniqua regna nunquam perpetuò manent. Senec. in Med.

CAPUT IV.

Quæ Imperia longius durare ſolent.

QUÆ firment, ſervent & augeant Imperium, præmiſi: Nunc de Imperijs, quæ ad perſeverandum ſint aptiora, paucis ſubjungam.

Laus Imp. in virtute conſiſtit.

Imperiorum ſanè magnorum laus eſt, verùm non latifundijs aut regionum amplitudine, ſed virtutis finibus terminari puto, ut incultos horrenteſq; lucos plus habere judicemus majeſtatis ac venerationis, quam vindicatas, & digeſtis in quincuncem arboribus conſitas ſylvas. *Bod. l. 4. n. 370.*

Magnitudinem enim Imperij omnes univerſè deſiderant (dum omnes præſtantiora ambiunt & ad culmen venire contendunt) quippe cuncta ejus bona apparent, & ſua excellentia multos, ad ſui ruinam allicere videtur: Incommoda *Thol. lib. 20. c. 1. n. 21.*

commoda intra eam occultè concluſa, quæ ſi qui cernerent rem periculorum, moleſtiarum, laborum innumerabilium proculdubio pleniſsimam, tanta animi contentione minimè expeterent.

Ex Hyp. Guiccian.

Nihil etiam naturæ ſuſpicionibus magis obnoxium eſt, quam magna imperia.

Idem d. loco.

Obnoxia & inſidijs.

Multi iniqui atq; infideles regno, pauci ſunt boni.

Attius.

Parva verò magis mutationi obnoxia ſunt, quod magis violentiæ & injuriæ potentiorum ſint expoſita, non aliter, quàm aves magnæ paſcuntur debilibus & parvis, magni piſces exiguis: Vicini potentiores ſemper cervicibus debilium imminent, & ex levi occaſione opprimunt.

Exigua facilè opprimũtur.

Boter. de la ragion. de ſtat. l. 1.

Propterea generaliter determinari licet, mediocria haberi aptiora ad perſeverandũ reliquis: Illa enim non patent prædæ vicinorum, ut exigua, neq; invidiæ expoſita ſunt, ut qui habent ditiones ampliſsimas, in mediocritate enim divitiarum ac potentiæ moderata ſunt, affectuſq; minus vehementes, ambitio non innixa tantis fulcris, libido tantis fomentis, quantis magna intumeſcunt imperia.

Mediocria optima.

[...]em de loco.

Ad ſummam, dum viribus ſuis modum imponunt, ipſorum potentia firmior & tutior perſiſtit.

[...]. lib. 4. c. 6.

CAPVT V.

De Imperiorum interitu in genere.

Eſto

Eſto, quod lõgius mediocria Imp: durent:

Naturale eſt, quæ habent ortum expectent interitũ.

Cum autem certum ſit, omnia, quæ ortus ſui principium habuerunt, fluxam quoq; habeant ac diſſolutionem naturalem, ut certiſsima minimeq; demonſtratione dubia, perſpicuum fit. Bodin. lib. 4. cap. 2.

Omnia mortali mutantur lege creata.

Conſequens eſſe, non Imperia, licet mediocritate moderata, & civitates modò: ſed etiam omnia, quæ poſt originis ſuæ primordia ſeculis innumerabilibus floruerunt, tandem aliquando caſura. Ariſtoteles l. 1. de cœlo.

Nihil enim mutationis periculo exceptum- non terra, non coelum, non totus hic rerum omnium contextus: Manil. lib. aſtr. Senec. in Epiſt.

A ſimili.

Verùm, quemadmodum humanis corporibus accidunt mutationes, tum ab alimentis, tùm à corporis animiq; habitu, tum ab humorum temperatione, tum ab educatione, alimentorum varietate: Ita quoq; Imperiorum converſiones, ſive in hanc, ſive in illam partem, ab amicis, aut ab hoſtibus, aut ab utriſq; ſimul contingere poſſunt. Bodin. l. 4. c. 1.

CAPVT VI.

De cauſis mutationum in Imperijs.

COnverſiones verò Imperiorum, vel harum cauſas enumerare ſingulas difficile eſt: communiter illæ accidunt:

Vt ſuapte gravitate & pondere,
Alia verò armis civilibus,
Nonnulla popularibus morbis,
Pleraq; hoſtium impetu.
Quædam vi divina.

Pauca

Pauca vetuſtate caduca fatiſcant, ſuaptè ſenectute tabeſcant.

Idem d. loco.

Livius lib. 30.

Ut verò prævalida corpora ab externis cauſis tuta videntur: ſed ſuis viribus dum onerantur, pereunt:

Ex nimia opulentia Imp. cadunt.

Sic quoq; Imperia, quæ felicitate copia ſuperfluunt, & cum magnitudine molis etiam divitiæ inſurgunt, propter nimiam opulentiam ad infelicitatem & interitum decidunt.

Boter. de la rag. de ſtat. lib. 1.

Nam ſæpe audivi, qui reges, quæ civitates, per opulentiam magna Imperia amiſerint, quæ per virtutem inopes coeperant.

Saluſt. ad Cæſar. in Coni. Catil.

Ubi enim divitiæ, vitia.

Superbia, Libido, Luxus, avaritia & crudelitas oriuntur, quæ omnia etiam ſingulatim ſæpè ad Imperiorum mutationes, cauſas præbent ſufficientes.

Superbia cauſa interitus Imp.

Superbiam interitum regnis ſtruxiſſe quis ignorat?

Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.

ropert. lib. 3.

Idem canit Poëta:

—— —— *Nam cætera regna.*
Luxuries vitijs, odijsq́, ſuperbia vertit.
Sic malè ſublimes fregit Spartanus Athenas,
Atq; idem Thebis cecidit: ſic Medus ademit
Aſſyrio, Medoq́, tulit moderamina Perſes.
Subiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe
Romanis. ——

ud. in laud. lib. 5.

Quid aliud ſubditorum animos ab Imperantium amore & obedientiâ abalienat, quam ſuperbia?

Superbia ſubditorum animos abalienat.

Quid magis alienum à regibus, aut ipſorum Imperio minus conducens; quàm cum ipſi

Imp. dánoſa.

ipſi præbere ſe cæteris debeant exemplum, ſuperbos agant? *Pontan. ad duc. Calab.*

Demetrio certè nihil magis obfuit, quam faſtus & arrogantia, quà mirum in modum Màcedonum à ſe animos alienavit, regnumq; amiſit. *Plutarchus in eius vita.*

Veritatem fateri res poſtulat, melius fortunam prementem ſubditos tolerare, quam ſuperiorum ſuperbiam & inſolentiam ferre poſſe. *Menander.*

Imò barbari imperia ſuperba pati nequeunt. *Saluſt. in Conl. Catil.*

Si propterea ſubditi obedire, recuſant, facilè imperio excidunt Principes & omnia ruuunt.

Inobedientia maximũ malum.

Nam maius in obedientia nullum eſt malum
Hæc perdidit urbes, iſta perdidit & domos,
Vaſtasq; reddit, Martis in certamine.
Hæc terga vertit: ritè ſed parentum
Res atq; vitam ſervat auſcultatio. *Lips ex Phocil.*

Obedientia unicum remedium retinendi Imp.

Cum itaq; retinendi & conſervandi præcipuum ſit remedium Imperij obedientia: nihil tàm neceſſarium gubernantibus, quam ut omnes (quantum fieri quidem poterit) amore & benevolentiâ nullius odio proſequantur. *Bod. l. 4. n. 461.*

Superbia cõmune vitium gubernantiũ.

Attamen hoc vitium commune imperàntium, qui, quandò in ſumma licentia vivunt, rebus ſecundis inſoleſcunt; ſibi temperare, frænoſque cupiditatibus imponere neſciunt. *Tacit. l. 2. hiſt.*

Ex felicitate oritur.

Quia felicitas ſuperbiam excitat. *Iſidorus.*

Addò, ſecundas fortunas decent ſuperbiæ. *Plaut. in Sticho.*

Vos autem qui in regno aut Repub., ſcite volvi omnia ſurſum deorſum.

Nullius

Senec. in Conſ. ad Hel. Nullius rei eodem ſemper ſtare fortunam.

In ſecundis igitur rebus nihil in quenquam ſuperbè aut violenter conſulite, nec præſenti fortunæ credite, cum quid veſper ferat, ſitis incerti. *Livius lib. 45.*

Nihil enim inauſum eſt fortunæ, adverſus Imperantes idem habet Iuris, quod adverſus Imperia. *Senec. in Epiſt.*

CAPVT VII.

Libidine imperantium imperia mutantur.

Superbiam libido ſequitur.

Videmus verò eò ſæpe homines prolabi, veſano cupidinis öeſtrio exagitari, ut ſe ſuoſq; & totã Rempub. funditus perdant, audiatur vates: *Livius lib 34.* Libido cauſa mutationis.

Florentes quondam luxus quas verterit urbes,
Quippè nec ira Deûm tantum, nec tela nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.

Silius Italicus l. 15. de pun. bello.

Cur Arbaces regnum Aſiæ invaſit & Monarchiam tranſtulit in Medos? cauſa fuit ingens & maxima Sardanapali ultimi Regis libido. *Athenæus lib. 12 cap. 12.* Sardanapalus

Sic Imperium Trojanorum malum voluptatis delevit: *Virg. l. 2. Æne.*

Sic Tarquinium voluptas perdidit, cumq; hi impuræ libidini potius, quam virtuti ſervire maluiſſent, regno exciderunt. Tarquinius. *Livius lib. 1.*

Ita Xerxes eò uſq; ad luxuriam pervenit, ut edicto præmium ei propoſuiſſet, qui novum genus voluptatis inveniſſet, dum venere & luxu nimium captus, ampliſsimo Xerxes.

regno ruinam dedit, ut meritò de illo dici poſsit, quod canit Poëta:

Certa quidem tantis cauſa eſt manifeſta ruinis,
Luxuria nimium libera facta via.

Val. Max. lib. 9. cap. 1. Cicer. 1. Tuſcul. Propert. lib. 3. Eglo. 12.

Nullum ſtabile Imperium ubi nimia libido.

Oraculum ergo audiant, ij demum penates, ea civitas, id regnum, æterno in gradu facilè ſteterit, ubi minimum Veneris virium, pecuniæq; cupido ſibi vindicaverit.

Val. lib. 4. c. 3.

At contra, *ubi non eſt pudor,*
Nec cura Iuris, ſanctitas, pietas, fides,
Inſtabile regnum.

Senec. in Thyeſt.

CAPVT VIII.

De mutatione Imperiorum ex cauſa luxus & Intemperantiæ.

Libidinis comes eſt Luxus.

Nam ſine Cerere & Bacho friget Venus.

Terent. in Eun.

Et quiſquis ſecundis rebus exaltat nimis,
Fluitq; luxu, ſemper inſolita appetens:
Hunc illum magnæ diræ fortunæ comes
Subit Libido.

Senec. in Hypp.

Nonnè verò luxu imperia labaſcunt?

—— *Et turpi fregerunt ſecula luxu*
Divitiæ molles.

Iuvenal. Sat. 6.

Nonnè opulentiſsima regna à principibus prodigis in perniciem deducta fuiſſe, ex monumentis hiſtoriarum intelligimus?

Conſtantinus Monomach'.

Conſtantinus Monomachus ſuis immanibus largitionibus immoderatiſq; ſumptibus, adeò Imperij opes profudit, ut indè Reipub. pernicies, maxima orta fuerit.

Illo

Carion. lib. 4. in vita ipſius. Zonaras vol. 1.

Illo enim regnante, Turcarum potentia adeò crevit, ut non tantum magnam Imperij partem Orientalis occuparent; verum etiam prima ſui regni fundamenta ponerent.

Caligula.

Quid dicam de Caligula? qui omnium (ut Svetonius ait) prodigorum ingenia ſuperavit, varijs & intempeſtivis effuſionibus, immenſas opes & præterea vicies millies ſeſtertiûm, paucis menſibus abſumpſit.

Boter. de la. ragion. de ſtat.

Unde exanitus & egens ad rapinas & Tyrannidem adjecit oculos, maximum detrimentum attulit Imperio.

Ioan. Curop. cap. 37.

Magnificus enim apparatus conviviorum & ſumptuoſa largitio, nonnè ab opulentia paritura mox egeſtatem?

Florus l. 3. c. 12.

Certè largitionem ſequuntur rapinæ, cum dando egere cœperint, alienis bonis manus inferre coguntur.

Senec. l. de benef.

Vidit hoc Magnus ille Philoſophus.

Fiunt, inquit, in Repub. mutationes, cum homines ſua conſumunt prodigè viventes. Hi enim tales res novas quærunt, & aut ipſi Tyrannidi imminent, aut ad eam alios vocant.

Ariſtoteles lib. 5. polit.

Luxu ærariũ exhauritur.

Præterea quando ærarium Reipub: & pecunia, quam ſapientes ſemper nervos Imperij duxerunt, luxu exhauritur, & ſumptus neceſſarij deſunt, inprimis ad gerendum bellum, tùm multis inuſitatiſq; oneratur tributis populus, qui cum ſentit malè collocari, facilè occaſiones rebellandi, vel omnino deficiendi arripit.

Cic. pro Manil.

Tholoſ. lib. 22. cap. 3. n. 1.

Sic populus Iſraëliticus propter intolerabilia tributa, quæ Roboam filius Salomonis extorſit, defecit.

Lib. 1. Reg. c. 12.

Ad conſilrum ergò imperium tenentes ſe accommodent.

Ne ſumptus temerè & importunè faciant.

Sed neq; illiberalas ſint. Modus optima regula rerum. *Pythag. Sam.*

CAPVT IX.

De avaritia principum, ex qua mutationes & interitus quoq; Imperijs adveniunt.

PRotrahatur nunc etiam in medium avaritia, latentium indagatrix, lucrorum manifeſtæ prædæ avariſsima vorago, nec habendi fructus felix, & cupiditate quærendi miſerrima. *Val. Max. lib. 9. cap. 4.*

Inſatiabilis enim rerum cupiditas, non ſolum ſingulos homines, ſed & univerſas familias evertit, totam etiam labefactat ſæpe Rempub. dum ex cupiditatibus odia, diſcordia ſeditiones & bella naſcuntur. *Cic. lib. de fine.*

Avaritia mater multorum malorum.

Quis autem non videt manifeſtè quotidiè

Avaritiam ad quodvis malum hominem perducere. *Cicer. l. 1. Rhet.*

—— —— *Quid non mortalia pectora cogit.* *Virg. 3. Ænead.*
Auri ſacra fames?
Aurum per medium ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo: cecidit auguris
Argivi domus, ob lucrum

Demerſo

Demerſo excidio: diffidit urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Horat.l.3. Od. *Reges muneribus: munera navium*
Sævos illaqueant Duces.

Ipſam Rempub. Romanam tam diu fuiſſe ſanctam, magnam & bonis exemplis abundantem, donec illam divitiæ avaritiam invexerint. Quam diu Res Rom: ſancta fuerit. Saluſt. in Catil.

Opes enim atq; divitiæ afflixêre ſeculi mores, merſamq; vitijs ſuis quaſi ſentina Rempub: peſſundêre, ſcripſit hiſtoricus. Florus l.3. c. 12.

Nam ubi divitiarum cupido invadit imperium, neq; diſciplina neq; bonæ artes ſatis pollent. Saluſtius in Con. Catil.

Omnia bona vilia ſunt: fides, probitas, pudor, pudicitia, & pro his ſuperbiam, crudelitatem DEUM negligere, omnia venalia edocet. Idem d. loco.

Et ut uno verbo abſolvam. Luxuria & avaritia omnia magna Imperia verterunt. Livius lib. 34. in rat. M. Por. Caton.

Sic Perſeus Macedoniæ Rex non aliqua ex parte tantum Imperij mulctatus eſt, ſed regnum propter avaritiam penitus amiſit. Livius lib. 44.

Avaritia quoq; Phocæ prope factum eſt, ut imperij Romani ſtatus & nomen deleretur. Illo enim regnante. Germania, Gallia, Hiſpania, bona pars Italiæ, Pannonia, & magna pars Africæ: In oriente Armenia, Arabia, Macedonia, Thracia, Aſſyria, Meſopotamia, Ægyptus, multæq; aliæ provinciæ, partim à Romano Imperio defecerunt, partim à Perſis & ab alijs barbaris principibus occupatæ ſunt. Phocas. ...n. in ipſius lib. 5.

Cum

Avaritia coercenda.

Cum itaq; nullum vitium tetrius avaritiâ, præſertim in principibus & Reipublicæ gubernatoribus, utantur illi liberalitate, hinc ſibi benevolentiam concilient, & quod aptiſsimum eſt, ad quietè vivendum ſive regendum, caritatem. *Cicero 2. offic. Idem de fin.*

CAPVT X.

De crudelitate, quæ plerumq; eſt cauſa mutationis interitus Reipub. aut Imperantium.

Avaritiæ adjungemus crudelitatem.

Quamvis illam per ſeſe converſionem non afferre judicatur, niſi tanta fuerit, ut hominem ex homine exuiſſe videatur:

Tamen inhumanitatem quæ eſt mater odij, & ſeveritatem omni ætate moleſtam fuiſſe certum eſt. *Pontan. ad duc. Calab. Cic. de ſeneƈt.*

Ego verò cuncta Imperia crudelia magis acerba, quam diuturna arbitror. *Saluſt. ad Cæſ.*

Equidem non immeritò, licet Imperantes ad obſtaculum removendum, cruentis remedijs utantur, nihilo tamen magis ſemen extinguitur, cum in locum remoti, alij ſuccedant, ac ſæpè contingat, veluti de hydra ferunt, unius reciſi (capitis) loco ſeptem naſci: *Tacit. l. 1. hiſt.*

Nam non ij ſolum offenduntur, ad quos ſeveritas iſta pertingit: Verum cæteri quoq; ex univerſitate iniquè illam ferunt, & de mutando vel excutiendo imperio cogitationes ſuſcipiunt.

Sic

Livius. lib. 14. Sic propter crudelitatem Hiero Syracuſanus à ſuis interfectus eſt, & Monarchia redit ad populum.

Ariſtoteles lib. 5. *polit. cap.* 10. Ob crudelitatem optimatum ſtatus Mitylenenſium, ceſsit populo.

Bodin. l. 3. *n.* 375. *Iovius lib.* 1. *Guicciard. l.* 1. Ob nimiam feritatem regis Ferrandi Aragonij regnum Neapolitanum ceſsit Carolo VIII.

Verùm hæc non indiſtinctè obſervanda eſſe moneo, pro varietate caſus mutentur.

Et documentum adhibeant ſaluberrimum

Ovid. 1. *Met.* Nam ut —— *Immedicabile vulnus*
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur:

Cicer. Philip. 9. Sic in Reipub: corpore, ut totum ſalvum ſit, quicquid eſt peſtiferum, amputetur.

Polyb. videatur lib. 1. *hiſtor.* Crudelitatem autem nimiam exitioſam Reipub: eſſe, paulò antè commemoravi.

Propterea clementiæ, quia in omnibus, præſertim in imperio habet ſucceſſus feliciores, gubernatores ſint dediti:

Senec. 1. *de clem.* Dum illis ex uſu: Clementia enim non tantum illos honeſtiores, ſed tutiores præſtat, ornamentumq; Imperiorum eſt ſimul & certiſsima ſalus.

CAPUT IX.

Cur mutationes citius ob libidinem quàm crudelitatem Principum accidunt.

CUR autem citius ob nimiam libidinem, quàm Tyrannidem imperia convertuntur, cauſam multi inquirunt.

Converſiones imperiorum eò citius accidunt, ſi Tyrannus libidine impotēti langueſcat: plures enim voluptas, quàm crudelitas perdidit, quia crudelitate homines perterrentur: at libido Tyranni non modo ad odium: verum etiam ad contemptum excitat, cum intelligunt hominem voluptati deditum, impotentis eſſe animi, nec Imperio dignum videri, quod Imperare ſibi non poſsit. *Bod. l. 4 n. 374. Boter. de la rag. de ſtat. l. 1.*

CAPVT XII.

De mutatione & interitu Imperiorum, quæ fit propter bella inteſtina.

AN armis civilibus imperia mutentur, quæritur?

Neminem fore qui dubitet, ſpero:

Nam hoc civile malum & noſtra ætas per tot annos vidit. *Livius in Præf.*

Rempub. quidem Romanorum inprimis æternam eſſe putarunt Hetruſci & Latini: Verùm cum illis planè cognitum, populum Romanum non niſi à ſeipſo vinci poſſe, ſimultates, odia & bella civilia clàm in civitatem ſeri oportere judicarunt. *Idem 1. l. 2. dec.*

Sic Livius: Principes Hetruriæ populorum fremebant æternas eſſe opes Romanorum, niſi inter ſe ipſos ſæviant, id unum venenum eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna Imperia mortalia eſſent:

Certè

Ovid. 1. Epiſt. ad Heroid. Certè exitus acta probavit.

Ut bellum graviſsimum inter Syllam & Marium prætercam: ſatis nobis illud civile bellum inter Cæſarem & Pompejum ortum exitiale, quantam labem & mutationem Romano *Florus l.4.c. 13.* Imperio attulerit.

Addantur civitates liberæ Græcorum, quæ eò uſq; diſcordia ſua & civilibus bellis redactæ ſunt, ut dum eminentiſsimum quemq; tollere è medio conabantur, & inter ſe ſeditiones agitabant, *Herodian. lib.8.* non gloriam tantum dominationis, ſed & libertatem amiſerunt.

Obſervetur inprimis exemplum de regno Angliæ, non enim amplius ſemeſtri ſpacio ter *Comin.l.1.c.27. Polyd. Virg. lib. 24. Hiſt. Angl.* amiſſum & recuperatum fuiſſe, propter arma civilia, legitur.

Quantam autem labem ob arma civilia ſentiant imperia, quantum detrimenti omnes accipiant, facilè colligendum eſt,

—— Miſerum eſt videre penates
Frõtibus adverſis, fraternaq; cominus arma
Lucan. lib. 7. Cognataſq; acies.

Miſerius videre proſcriptiones innoxiorum ob divitias, cruciatus virorum illuſtrium, vaſtas urbes, fuga & cædibus miſerorum ci- *Saluſt. in Orat. Lepid.* vium bona quaſi prædam venum aut dono datam.

Miſerrimum videre, non ætatem, non dignitatem quempiam protegere, quo minus *Tacitus lib. 3.* ſtupra cædibus, & cædes ſtupris miſceantur.

Turbata itaq; Reipub. vix remedium reſtituendi inveniri poteſt, cum boni deprimantur, mali imperent.

Rebus enim jam turbatis, vel peſsimus eſt in honore. *Plutarch. in com. par. Lyſar. & Syllæ.*

En quò diſcordia cives? *Virgil. in Buc. Ecl. I.*

Sit vobis oraculum: Vobis regnum firmum trado ſi boni eritis, ſin mali imbecillum.

Nam CONCORDIA res parvæ creſcunt Diſcordia maximæ dilabuntur. *Saluſt. in Iug.*

CAPVT XIII.

Commemoratur unica cauſa, omiſſis reliquis, quæ arma civilia excitare in Repub: ſolet.

PAucis attigi, quid cladium armis civilibus inſit, quantas mutationes graviſsimas Imperijs inferant. Cauſas ergo hujus civilis mali hoc loco lubet quærere, de quibus, ut diſtinctim diſſeram, mei non eſt propoſiti. Una nobis ſufficit & quidem remota, reliqua dum ſupra & jam nota nobis, omitto.

Illa autem eſt nimium pacis otium

Nam quæ res alia civiles furores peperit, quàm nimia pacis felicitas? *Florus l. 4. c. 12.*

Unde verè canit Poëta.

Otium reges prius & beatas
perdidit urbes. *Catullus ad Lesbiam.*

Quid

Quid mirum? ſcimus quod multis nocuerit caruiſſe adverſario.

Licet iſtis adſpirare fortuna viſa fuerit, tamen illa miſerrima, dum inimico caruit. *Valer. lib. 4. de amicis.*

Univerſè ergò verum eſt, quod ille ſcripſit:

Nullam magnam civitatem, nullum magnum imperium, diu quieſcere poſſe, ſi foris hoſtem non habent, domi inveniunt. *Livius lib. 30.*

Maximoperè itaq; curandum eſt Imperantibus, ut in tanto ſtatu, juſtæ bellorum cauſæ cum adſint, eas illicò & in tempore arripiant. *Livius lib. 1. decad. 1.*

Id enim adverſus improborum civium & conjurationes & ſeditioſos cœtus remedium ſalutare. *Bod. l. 5. n. 563.*

Quæ etiam potiſsima fuit ratio, cur Scipio Africanus Iunior Carthaginem delere nollet, non quod illam parcius oderat. *Idem l. 4. n. 381.*

Sed ne metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas urbis Romæ inciperet. *Florus lib. 2. de 3. bell. pun.*

In tempore ergo utiliter, licet improbe dictum videatur, ſua retinere privatæ domus, de alienis certare, regiam eſſe laudem. *Tacit. l. 15. Ann.*

CAPVT XIV.

Popularibus morbis intereunt & mutantur Imperia.

Imperia eſſe mortalia ſupra* audivimus. ** cap. 12.*

Nam veluti mors in omnibus tàm aliunde, quàm ex cauſis proprijs vel naturalibus infer-

tur:

tur: Sic etiam regnis & Rebuspub. interitus accidit ex morbis popularibus.

Quemadmodum enim ferro rubigo, vermiculi ligno ac teredines admiſcentes perniciem afferunt, ut etiamſi cuncta externa nocumenta effugiant, ab iſtis tamen, quæ adnata habent, abſumantur. *Polyb. lib. 6. Boter. de la. rag. lib. 1.*

Eadem ratione Imperijs & Rebuspub. quibuslibet, pro natura ipſius adhæret peculiaris morbus, per quem intereunt.

Tanta enim hominum interdum fit ſtrages, ut vix unus, imò nullus in eo loco inveniatur incola reſiduus incolumis.

Aliquando etiam frugum ſterilitate, incolæ ſedes & regiones mutare coguntur.

Ob multitudinem ranarum & illorum foetorem Pœones in Dardaniâ diſcedere coacti ſunt. *Euſt. in Iliad.*

Sic multitudo ſcorpionum & araneorum icti peſtiferis morſibus, incolas juxta Æthiopes Acridophagos habitantes, ex fertili regione expulerunt. *Diod. Sic. lib. 3. cap. 3.*

Chalcidenſes incolæ, Elymnio civitate à muribus, qui omnia devorabant, quoque expulſi ſunt. *Heraclid. in pol.*

Deniq; Reſpubl. & illius forma à ſeipſa propter ſubortas in eâ tandem corruptelas, evertitur. *Plato lib. 3. de LL.*

CAPVT XV.

Imperia hoſtili impetu mutantur & intereunt.

Quod

QVod vero Imperia & civitates ab hoſtium impetu violentum patiantur interitum, exemplis comprobare non neceſſarium duxi: Res ipſa patet: ſæpiſsimè maximo cum dolore multarum gentium regnorum & urbium ruinas ſumus experti, & adhuc quotidie intuemur,

Quot poſt excidium Troiæ ſunt exſuta regna?
Quot capti populi? quoties fortuna per orbem
Servitium imperiumq; tulit, varieq; revertit?
Troianos cineres in quantum oblita refovit
Manil. l. 1. aſtr. *Imperium, fatis Aſia iam Græcia preſſa eſt.*
Secula dinumerare piget, quotiesq; recurrens
Luſtraret mundum vario Sol igneus orbe
Omnia mutantur mortali lege creata.

CAPVT XVI.

De contemptu cultus divini, ut de cauſa mutationis & interitus Reipub. & principatuum.

PRæterea negari quoq; non poteſt, quin regna ſine ullo hoſtili exercitu, pati ex juſto DEI decreto, ob ſcelerum & peccatorum perſeverantiam interitum. Bod. l. 4. n. 393.

Sic quinque civitates Sodomorum, DEUS incendio mirabili ac flammis ultricibus in urbes delapſis, uno & eodem perdidit momento, locum etiam aquarum dulcium & piſcium affluentia pleniſsimum, teterrimo ſapore ſic mutavit, ut omni piſcium generi peſtifer ſit ac lethalis;

lethalis; ipſam verò tellurem uberrimæ fertilitatis, cineribus ac putido ſulphure ita conſperſit, ut nec ſalutaribus plantis ullum, nec frugibus locum in ea religione reliquiſſe videatur. *Idem de loco.*

Conſimili ultione divinitus illata tres & viginti urbes Italiæ, immanis terrarum hiatus uno hauſit momento, ubi poſtea Pontinæ paludes exundarunt. *Bodin. l. 4. c. 1.*

Sic quoq; Babylon civitas, ob impietatem, immundorum animalium facta eſt habitatio. *Eſai. c. 13. v. 19.*

CAPVT XVII.

Concluſio, voluntate DEI regna dari, reſpub. corruere, deprimi & reſurgere.

SAtis me hactenus, quæ utiliſsima viſa ſunt, de Imperiorũ mutatione, quam pauciſsimis dixiſſe, ſpero:

Subijciam unicum oraculum, omnibus Imperantibus & Reipub. memorandum.

In quibus Imperijs vel politijs, nullus eſt verus DEI metus, in ijs neceſſe eſt extare vindictam divinam, vel ſummas Magiſtratus crudelitates, vel externorum hoſtium in eas Reſpubl. bella graviſsima, vel ſubditorum inter ſe ſeditiones, vel ſæpè ſemel hæc omnia. *3. Reg. cap. 11.* *Idem cap. 24.*

Ex his igitur omnibus præmiſsis concludo: *Apul. Met. 9.*

Nullo conſilio prudenti, nullis præclaris inſtitutis, nullis tàm ſanctis legibus, nec remedio *Sap. Sal. c. 21.*

ſagaci

ſagaci, divinæ providentiæ fatalem diſpoſitionem ſubverti vel reformari poſſe, vel ab obitu certiſsimo Reſpub. vindicari.

Bod. l. 4. n. 394.

Nam

Dat regna & adimit DEVS.

Daniel cap. 4. Proverb. cap. 8.

CAPVT XVIII.

De diviſione Imperiorum, Monarchiam eſſe optimam, varijs argumentis oſtenditur.

IMperiorum de quibus nunc diximus, veteres tres formas conſtituerunt. MONARCHIAM ſeu regnum; *Ariſtocratiam*; hoc eſt, Principatum optimatum. *Democratiam*, id eſt, gubernationem populi: quibus tamen ſingulis ſuæ ſunt, ſi degenerent, peſtes.

Tacit. lib. 3.

ut teſtatur Halicam lib. 2.

Et miſcentur inter ſe, & remittuntur aut intenduntur aliquando: una tamen ex his ſemper propendet & præponderat, à quâ Iure nomen ei eſt.

Etſi autem Rerumpubl: popularium forma olim Monarchiæ ſit prælata: quod extitit, cum reges potentia ſua abuterentur, ſubditos ſuos in eas anguſtias redegerunt, ut de excutiendo Imperij intolerabilis jugo, & ſeſe in libertatem vindicando cogitarent.

Lip. in pol. lib. 2. cap. 2.

A Dioniſ. Syracuſa. Polydamo. Haminio.

Herod. l. 3. cont. Monar.

Licet alij quoque optimatum Imperium omnium eſſe perfectiſsimum affirmarint: quippè clavum Reipub: optimi teneant à

Solon. Cicero. Demoſth: Lycurgus.

 quibus

quibus nihil mali metuendum, nihil non ſperandum boni.

Et eſſe ſimulacrum & imitationem Iuſtiſsimi ac beatiſsimi Imperij, *Plato l. 4. de LL.*

Quod & aureum ſeculum ſub Saturno fuiſſe tradidit Poëta: *Ovidius 1. Met.*

Tamen regiam dominationem omnium antiquiſsimam & præſtantiſsimam eſſe conſtat.

Regum enim Imperium primum in terris fuit; *Cic. lib. 2. offic.* *Idem l. 3. de LL.*

Et omnes gentes regibus primum paruerunt.

Propterea vix eſt, ut nationes regibus parêre ſolitæ, aliam Reipubl. formam ſequantur. *Herod. l. 2. hiſt.*

Suadet id ratio; quis enim rectè ſapiens non malit in hujusmodi Republ. degere, in qua unius virtus eluceſcit, potius, quam agere in media plebe, & qualisnam ſit, non cognoſci. *Iſocrat. in Nic.*

Nam facilius eſt animum ſuum ad unius viri inſtitutum accommodare, quam multis varijſq; opinionibus placere conari. *Idem de loco.*

Probat uſus, ſi gubernatores in re nautica plures uno demus, qui ſimul clavum torquêre velint, etiamſi artem gubernatoriam teneant, nihilominus ſeipſos in nave dirigenda impediunt. *Bodinus n. 713.*

Semper enim reperies; plurimum nocere multitudinem imperantium, & eorum regimen nullum aut incertum. *Thucid. lib. 6.*

Nil

Iſocrat. in Nic. Nil igitur Monarchia melius.

Aſsidet ſententia regia; ex omnibus enim Reipub. formis, etiam bonis, Monarchiam eſſe optimam ſtatuit Darius. *Herod. lib. 3.*

Quæ & divina autoritate confirmatur:

Sapient. cap. 6. Principem dat DEUS, qui erga genus omne hominum ſua vice fungatur. *Plin. Pan. 2. in Traian.*

Quin etiam pulcherrimam imaginem patriæ poteſtatis & autoritatis in liberos, ex quâ originem ſuam traxit, refert. *Plato l.3 de LL.*

Senec. lib. 1. cap. 19. de clem. Præterea. Natura commenta eſt regem.

Docent animantes: Rex unus eſt apibus, dux unus in gregibus, in armentis rector unus; multò magis mundi rector unus, qui univerſa quæ ſunt VERBO jubet, RATIONE diſpenſat, VIRTUTE conſumat. *Ariſtoteles l. 9. de animal. c. 40.*

Ad hoc ordo naturæ quaſi in ſpeculo id monſtrat.

Servius, alij Serinus. Ut mundus duos ſoles non capit:

Senec. in Thyeſt. *Sic nec regnum duos capit,*

Idem Traged. 8. *Nec ſocium ſcire fert.*

Audiatur Lydus ille, cum Croeſus Rex fratrem in conſortium Imperij aſſumere vellet, acceſsit inquiens:

Omnium in terra bonorum, ô Rex, autor eſt Sol, nec quicquam extaret ſole non illuſtrante; At ſi gemini ſoles forent, periculum immineret, ne omnia flagrantia peſſum irent: Ita & regem unum quidem accipiunt Lydi, duos verò ſimul tolerare non poſſunt. *Servius.*

Denique aſſentiunt prudentes canit quidam:

Nulla fides regni ſocijs, omniſq; poteſtas
Impatiens conſortis erit ——. *Lucanus lib. 1. de bell. civil.*

Docetq; exemplo.

Nec quenquã iam ferre poteſt. Caſarvè priorem
Pompeiuſvè parem. —— *Idem.*

Alius —— *Nam ſummo dulcius uno*
Stare loco. —— *Statius lib. 1. Theb.*

Unde quidem ferè pro lege.

Nec multos regnare bonum eſt Herus unicus eſto. *Hom. Iliad. 1.*
Vnicus & princeps. ——

Quapropter ſive igitur familiam, quæ eſt ipſa Reipub. imago, ſive corporis humani ac membrorum omnium, unà cum ipſo capite coagmentationem, ſive ſolis unius inter tot ſidera ſplendorem fulgentiſsimum, ac cætera obſcurantem, ſive cæterorum animantium greges & armenta, atq; adeò apum examina, ſive mundi totius ſtatum, cui præ eſt unus idemq; Opt: Max: Princeps intueri licet, profectò regiam gubernationem, cæteris omnibus præſtabiliorem eſſe, ducemus & concludemus. *Bodin. l. n. 714.*

CAPUT XIX.

Definitio Monarchiæ.

NON autem Imperium, quamvis poteſtatem monarchicam ſtatuimus, ſed illam duntaxat, quæ ſpontaneo ſubditorum conſenſu, uni alicui in cæteros eſt conceſſa: quæ magis bene-

benevolentiâ quâm timore continetur ac conſervatur, & quidem certis LL. ac poteſtatis finibus circumſcripta, non pro regentis arbitrio

Polyb. lib. 6. hiſt. libera & effrenis.

CAPVT XX.

Duobus modis legitimus capitur principatus, Electione & ſucceſſione.

RECenſuimus etiam uti Monarchia omnium Rerumpub. formas præſtantia ſuperat: Sic bonus Princeps omnibus quoq; dignitate antecellit.

Menander. Eſt enim non tantum imago animata DEI:

Plato in dial. pol. Verùm etiam eſt veluti DEUS quidam inter mortales.

Sapient. cap. 6. Cum autẽ DEUS ſuapte autoritate regnet:

Proverb. cap. 8. Reges precariò. DEUS per ſe. Reges per DEUM. Deus ſuapte Iurisdictione utetur. Reges delegata tantum.

Illa delegata poteſtas, quo immoderata hominum regnandi libido.

Saluſt. in Iug. Natura enim mortalium avida eſt Imperij, reprimatur, & regna rarò juſta ratione, id eſt, absq; fraude, vi aperta, vel conjunctim à multis appetuntur, nec boni ipſi, nec ad bonum finem, duo potiſsimum præclariſsima optimaq; remedia objecta ſunt, videlicet, ELECTIO & SUCCESSIO, illa quidem antiquior, hæc verò melior videtur.

Sed cujuſcunq; conditionis ſeu ingenij nobis Princeps naſci contigerit, talis admittendus eſt, quia ſine conſilio noſtro naſcitur. *Tacit. l. 1. hiſt.*

At electi, non ſolum imbecilliorum & infirmiorum adverſus robuſtiores, & violentos tuendorum gratia: Verùm etiam, qui & corporis proceritate & oris dignitate, quique inprimis opinione, laude tùm prudentiæ tùm Iuſtitiæ præſtare videntur, inſtituuntur. *Plin. pan. in Tra.* *Herod. lib. 1.*

Si itaq; non niſi ex aptis idoneisq; ob eminentiam virtutis, aut actionum, quæ à virtute electi conſtituuntur. Hinc ſapiens quidam concludit: *Ariſtot. pol. 10. cap. lib. 5.*

Non indigenum & hæreditarium ſceptrum: nec magis ſanguini debitum, quàm virtuti. *Plutarch. de offic. princ.*

Alius: minus eſſe regem naſci, quàm judicio Regem fieri: Illud fortunæ eſt, hoc meriti. *Senec. in Tant. Trag. 2.*

Unde quibuſdam electionem meliorem ſtatuere placuit.

Verùm his nihil obſtantibus, ſucceſsionem commodiorem eſſe docet uſus.

Non legiones, non claſſes æquè ſunt certa Imperij munimenta, quàm numerus liberorum. *Tacit. lib. 4.*

Minori quoq; diſcrimine ſumitur Princeps, quàm quæritur. *Tacit. l. 2. Ann.*

Si enim ad manus certus eſt ſucceſſor, redditur imperium ſecurum. *Herod. lib. 6.*

Omnis ſpes aliorum prava, de ſucceſsione, cohibetur. *Tacit. l. 3. Ann.*

Omnes

Omnes conſultationes, inſidiæ, factiones & conjurationes quieſcunt.

Florus lib. 4.

Nec movet me, quod periculoſum ſit, principem ingenio minus prudenti vel malo præditum, ad ſucceſsionem admittere.

Potius amplector ſententiam, quàm veteres pro axiomate tenuerunt.

Lamprid. in Alex Severo.

Longè præſtare ad Reipub. ſalutem mali Principis bonos conſiliarios, quam boni malos exiſtere.

Quamvis enim Principes virtutis ingenijq; modici præditi ſint, prudentium tamen virorum conſilio utentes, Rempub: benè adminiſtrarunt.

Ioas regnum VII. annos tantùm natus iniijt. Sed ipſius pueritiæ rector educatorque avunculus Iehojada vir ſapientiſsimus fuit, quam diu is vixit, tantiſper regnum præclarè adminiſtravit.

Chron: cap. 25. 2. Regum. 11. & 12. cap.

Addo etiam quod Imperia longius à ſtirpe durent.

Illa enim quando à ſtirpe quæruntur, rariſsimè converti videmus, ſi patrem optimum filius etiamſi ſceleratus exceperit: quia ejus imperium conſimile eſt arbori amplisſimæ, quæ tàm altè radices agit, quàm rami ſurſum latè repandi explicantur: Qui autem novus & electus ad Imperium accedit, nulla majorum virtute ac potentia commendatus, arbori quidem excelſæ ſimilis eſt, ſed

ſed quia non ſatis firmis radicibus hæret, rapido ventorum turbine convellitur. Bod.l.4. n. 373.

Qui verò præter hos duos modos auferunt, trucidant, rapiunt falſis nominibus Imperium; illorum potentiam, dum ſcelere quæſita ſit, haud diuturnam fore, certò ſibi perſuadeant, imò credant. Curt. lib. 4.

Cum verò populo interſit plurimùm legitimam ſucceſsionem ſibi eſſe cognitam, paulatim producendi, & in magnorum hominum conſortium ſunt vocandi maturè à regnantibus ijs, quos ſibi ſuccedere cupiunt. Herod. lib. 6. Tacit. l.1. Ann.

Iis autem qui ſucceſsuri ſunt, vel tantum deſignati, vivo adhuc prædeceſſore, maximè cavendum, ne ſe illi pares faciant, eodemq; cum illo gradu & loco & favore publicè privatimq; ſe coli patiantur; aut eosdem honores ſibi delatos admittant, comitatum tàm frequentem habeant, nimium illam ſpem urgeant, præferant & jactent: deniq; nec quicquam ad regnum obtinendum moliri videantur: Summum enim prædeceſſoris adhuc regnantis odium hac ratione in ſe concitant, & ſibi perniciem parant. Tacitus lib. 4

CAPVT XXI.

Principia Imperantium plerunq; laudabilia & bona, at non finis.

SED communiter accidit, ſicuti plures Solem orientem, quàm occidentem adorant.

Sic

Sic plures principem ſucceſſorem ſpectant, colunt & admirantur, quàm ſenem principem jam caducum. *Comin cap. 137.*

Natura vulgi hæc eſt, ad plus, quàm par ſit, ſperandum propenſa, rerum verò præſentium ſemper pertæſa. *Thucid. lib. 1.*

Id affirmat Poëta: *Calipburn. Ecl. 7.*

Vilia ſunt nobis, quæcunque prioribus annis
Vidimus & ſordet quicquid ſpectavimus olim.

Dum ſperant, quod vates refert. *Lucanus lib. 8.*

—— mitiſſima ſors eſt
Regnum ſub rege novo.

Sed ut: Fallitur augurio ſpes bona ſæpe ſuo. *Ovid. 16. Epiſt. Heroid.*

Sic quæ univerſim ab omnibus deſiderantur, rarius ex eorum voto cadunt, exitumvè ſortiuntur. *Hyp. Guic. in pol. 7.*

Et quidem in promptu ratio eſt:

Pauciores enim ſunt, qui de rerum ſumma ſtatuunt, & pro communi ſalute appoſitè conſulunt, quibus multitudinis ſeu vulgi deſideria quam maximè adverſari certò conſtat. *Idem d. loco.*

Negari quidem non poteſt in ijs, qui inſigniter præſtantes ſunt futuri, ſtatim Illuſtres eorum Indolis ſcintillulæ plerunque apparêre. *Polyb. l. 10. hiſt. Xenophon lib. 1.*

Apparet etiam, quale ſit futurum eorum ingenium & regimen, ex ijs, quos primos muneribus publicis præficiunt. Si enim bonos & egregios viros eligunt amicos, bonum etiam & felix regimen erit: Sin malos, ex gratiâ, pecunia vel ambitu potius, quàm virtute ſubnixos admovent, infelix futurum eſt. *Tacitus lib. 13. Ann. de Nerone.*

Tamen quia multi vitia ſua tegunt, & inumbrant, ubi ſe ſuumque ſtatum ſibi videntur in tutò collocaſſe, tunc omni turpidini, libidini, ſævitiæ & avaritiæ ſunt dediti. Tacit. l. 16. Ann.

Et ex ancipiti mutatione temporum pendentes, etiam mutantur, obſervantes dictum: Curt. lib. 4.

Qui neſcit diſſimulare, neſcit Imperare.

Si autem hæc ignorant, adepto regimine addiſcunt:

Vt nemo doceat fraudis & ſcelerum vias Senec. in Thyeſt.
Regnum docebit.

Inprimis autem illis ex uſu eſſe ſciunt, ad novum imperium.

Qui vult regnare, langvida regat manu. Idē in Thebaid.

Quid Nerone in primo quinquennio humanius? quid urbanius? quid magnificentius? quid illuſtrius? ut ab illo multos principes bonos diſtare Trajanus jactabat: tamen deinceps aſſumptam ad tempus perſonam depoſuit, ſe in ſcelera & omnes libidines, quas malè coërcitas qualiſcunq; matris reverentia retardaverat, effudit. Tacitus lib. 13. Ann. & lib. 4.

Quid Claudius, qui propè coactus Imperium defuncto Caligula viſus eſt ſuſcipere, & maximè virtutis cuilibet ſpecimen auſpicatus imperium dedit, poſtremò in ſcelera ſimul & dedecora prorupit, poſtquam remoto pudore & metu ſuo tantum ingenio vivebat. Sueton. cap. 10. & 11.

Qua-

Quapropter, ut non ſolum cæterorum hominum eventus, tum maximè Principum, quantumvis pro tempore ipſorum initia laudabilia, exitus ſpectandus eſt. *Herod. lib. 1.*

Solent enim vulgò non facta ſed eventa notari.

De fine, quò Princeps actiones omnes dirigat, & quæ in Principe requirantur ſucceſſu temporis ſperat lector.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE